

tula dederō Teuzo fil. Liufredi et Ymme et . . .¹ Gisle et Ubaldi et Uuidi filii Ghisle de filia Uuidoni comes, et quantas ego, qui supra Hugo marchio, per offerisionis paginam dedi ad ecclesia monast. beate sanctę Marię scito infra civitatem Florentia, quas eidem predicto monast. sancti Michaelis archangeli per hanc offerisionis paginam minime offerre provideor. Nam illis aliis omnibus casis et curtis seo castellis atque ecclesiis sive rebus domnicatis et massariciis sive ripis et piscareis ac padulibus sive molendinis in integrum tibi deo et ecclesia monast. beati sancti Michaelis archangeli offerre previdi, in tali vero tinore: dum vita mea, qui supra Ugo marchio, fuerit, omnibus supra scriptis casis et curtis seo rebus domnicatis et massariciis, qualiter supra legitur, in mea, qui supra Hugo marchio, dum vita mea fuerit, sint potestatem faciendum exinde quod voluero, et si ego, qui supra Hugo marchio, dum vita mea fuerit, sint potestatem faciendum exinde quod voluero, et si ego, qui supra Hugo marchio, heredem de legitima uxorem abuero, similiter in eis sint potestatem omnia, qualiter supra legitur, et si ipse heredes meos heredes abuerint de legitima uxore, omnia, qualiter supra legitur, similiter in ei sint potestatem; et si ego, qui supra Hugo marchio, sine heredes de legitima uxore mortuo fuero², omnibus, qualiter supra legitur, ad iure proprietario de supra scripta ecclesia monast. sancti Michaelis archangeli sint potestatem; et si ego, qui supra Hugo marchio, heredes de legitima uxore habuero et ipse heredes meos sine heredes de legitima uxore mortuo fuerit, similiter omnibus supra scriptis casis et curtis seo castellis atque ecclesiis seo rebus domnicatis et massariciis sive ripis et piscareis seo molendinis ac padulibus, qualiter super legitur, ad iure proprietario de supra scripta ecclesia monast. sancti Michaelis archangeli sint potestatem vel de eorum rectoribus, qui ibi pro tempore fuerint, eas omnia, quod superius legitur, habendi, tenendi, imperandi, laborare faciendi et vobis eas privato nomine usum fructuandi. Et sic volo et dispono atque instituo pro animę meę remedium, qui supra Hugo marchio, post meum obitum, sicut super legitur, omnia, quod superius legitur, sint potestatem super scripta ecclesia monast. beati sancti Michaelis archangeli ad iure proprietario nomine et in potestate Bononii abb. ipsius monast. suisque successoribus sive rectoribus, qui ibi

1) 'dō' oder 'de' oder ähnlich.

2) Verbessert aus 'fuerit'.